

<https://www.perseus.tufts.edu/hopper/text?doc=Perseus%3Atext%3A1999.02.0086%3Aact%3Dprologue%3Ascene%3D0>

Prologus

POSTQUAM Poëta sensit scripturam suam

Ab iniquis observari, et adversaries

Rapere in peiorem partem quam acturi sumus,

Indicio de se ipse erit; vos eritis iudices

5Laudine an vitio duci id factum oporteat. 5

Synapothnescontes Diphili comoedia est.

Eam Commorientes Plautus fecit fabulam.

In Graeca adolescens est qui lenoni eripuit

Meretricem in prima fabula. Eum Plautus locum

10Reliquit integrum: eum hic locum sumpsit sibi 10

In Adelphos; verbum de verbo expressum extulit.

Eam nos acturi sumus novatn: pernoscite

Furtumne factum existimetis, an locum

Reprehensum qui praeteritus negligentia est.

15Nam quod isti dicunt malevoli, homines nobiles 15

Eum adiutare, assidueque una scribere;

Quod illi maledictum vehemens esse existimant

Eam laudem hic ducit maximam, quum illis placet

Qui vobis universis et populo placent;

20Quorum opera in bello, in otio, in negotio, 20

Suo quisque tempore usus est sine superbia.

Dehinc ne **expectetis** argumentum fabulae:

Senes qui primi **venient** ii partem aperient;

In agendo partem **ostendent**. Facite, aequanimitas

25Poëtae ad scribendum augeat industriam.

25